

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Prœmium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

ma nos quād simillimē in te, gaudium & exultatio cordis nostri: & fac, vt toti simus in te, toti occupemur in te, & propter te, nihilque sit obiectum verborum actionumque nostrarum internarū & externarū, nisi tu, amor noster, & omne bonum nostrum; qui viuis & regnas &c.

Vtām̄ dic: Respice quæsumus, Domine, super hanc familiam tuam pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradidocentium, & crucis subire tormentum; qui viuis & regnas &c.

LIBER SECUNDVS.

DE OFFICIIS SACERDOTVM, CONTINENS

XII. Incitamenta, seu motiva ad deuotē & cum debitā reuerentiā offerendum Missæ sacrificium.

INDEX CAPITVM

LIBRI SECUNDI.

Proœmium.

Primum Incitamentum, est Excellētia sacrificij, qua ex variis capitibus agnoscī potest. CAP. I.

Secundum Incitamentum, de eius excellētia ratione oblationis ipius. CAP. II.

Tertium Incitamentum, potestas quam Deus nobis contulit per ordinationem Ecclesiasticam. CAP. III.

Quartum Incitamentum, persone concurrentes ad hoc sacrificium. CAP. IV.

Quintum Incitamentum, is cui offertur, sicut Deus unus & trinus. CAP. V.

Sextum Incitamentum, Representatio realis Passionis Christi. CAP. VI.

Septimum Incitamentum, finis ob quem à

Deo institutū Missæ sacrificij. CAP. VII.

Octauum Incitamentum, valor & efficacia huius sacrificij. CAP. VIII.

Nonum Incitamentum, infinitas quadam valoris ex sacrificij huius opere operato. CAP. IX.

Decimum Incitamentum, ex fructibus qui percipiuntur beneficio huius sacrificij. CAP. X.

Vndecimum Incitamentum, multitudo & magnitudo necessitatum pro quibus offertur hoc sacrificium. CAP. XI.

Duodecimum Incitamentum, summa inter humanas excellentias, sacerdotum dignitas. CAP. XII.

PRO OE

Agam de reuerentiā & deuotio-
ne, quam adhibere debemus in
offerendo Deo sacrificium Missæ,
vt Sacerdotes illud benè offerendō,
& ipsi in se plenum e us sor-
tantur effectum, & vt alij per eos, tam vivi
quam defuncti, eodem sacrificio deuotissimē
oblati, quam maximē adiuuentur. Spero autem
mihi quoque futuram salutarem, & Christo
Domino valde acceptam huius rei tractatio-
nem. Scriptum est enim Dei iussu, de S. Gerru-
de Virgine, quod dum audiret Missam, & tem-
pore Canonis vinorū consideraret admirabile
opus paulo pōst futurā consecrationis, &
inde expectare portionem suam, audiuit dici
a filia Domino: Cum mater aliqua artificio/a aliqua
opari voluerit, de serico vel margaritis; quandoque

parvulum suum in eminentiori loco ponit, vt sibi filium vel margaritas teneat, vel aliquid tale adiuua-
men impendat. Sic ego te in gradu eminentiori statuē, piet.
Missæ huic interesse disposui. Tu verò si extendis voluntatem tuam ad hoc, quod libenter, quantumcumque
difficili labore, ad hoc seruire velles, vt hec oblatio,
(qua omnibus Christianis tam vivis quam defunctis
prodest) secundum dignitatem suam, plenūm sorireetur
effectum, tum optimē pro modo tuo me adiunxi ad
opus meum. Et quidem non dicam de omni ea
reuerentiā & deuotione, cum quā deberet dici
à nobis, & cum quā dicebatur a sanctis nostris
Ignatio & Xauerio & aliis, sed tantum de ea re-
uerentiā & devotione in gradu inferiori (ne
plus exigendo, multum videat exigere) cum
qua dici debet à Sacerdotibus, etiam seculari-
bus: vt si nolumus imitari sanctorum reueren-
tiām

T

tiam & devotionem, ad quam nos obligat statutus Religiosus, qui est status perfectionis, saltem ita reverenter & deuotè dicamus vel legamus Missam, prout tenentur Sacerdotes seculares Episcopis inferiores, qui tamen ut docent

119. Theologi cum S. Thoma 2.2. q. 184.a.6. & 8. non sunt in statu perfectionis, ne quidem Archidiaconi. Porrò reverentiam, ut distincta est à deuotione pono in quatuor rebus:

120. Primo, ut accedatur ad hoc sacrificium cum debitâ præparatione, & puritate mentis ac corporis, ac laudabili virtute. Non oportet esse fermentatos noui testamenti ministros, inquit S. Cyprianus ser. de cœnâ Domini, pura sinceritas, mentis sanctum querit coniunctionem; in verâ crucis, boni odoris affectio, omnem excoquat carnalium sensuum cruditatem: & induret solideq; mentis affectus, nec in Ecclesia sanctâ sacrificio, villa iu macula: sed pura simplicitas & innocentia vite. Quam ad rem valent plurimum verba Iulij Papæ posta in Decreto in cœnum omne crimen, de concordia 2. Cām omne crimen atque peccatum oblati Deo sacrificiis deleatur, quid de cetero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipsa sacrificiis oblatione erratur: Id eò Exo, 19 dicitur: Sacerdotes, qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiam eos. Quamvis enim ex opere operato sacrificium hoc, etiam à scelesto sacerdote oblatum, placeat Dco, & vt ait B. Laurentius Iustinianus, Grata sunt munera orationes placabiles, acceptaeq; laudes, quas quotidie sancta Mater, Deo reddit Ecclesia; verum sunt procul dubio gratiæ si Ministrorum mens sit deuota, cor humile, affectus ignitus, sancta cogitatio, obsequium rationabile, oculus interior rectus, custodia cordis non dormitans, logia composta, & irreprehensibilis vita. Quia non solum quid offeratur, sed qualis sit offerat, inquietur Omnipotens, sicut eloqua sacra testantur, quibus dicitur: Respxit Dominus ad Abel & ad munera eius non respxixit &c. Quamobrem qui præsumt plebibus, & qui in Ecclesia curam gerunt animarum, toto studio elaborent placere Dco. & sine querelâ conuersari cum hominibus, quatenus siue orationi intendant, siue observationes pro populo fundant ad celum, seu sacro altari offerant ministeria reverenda, accepta ipsorum sunt munera, postulationes placita, & efficaces preces, crescentq; torum merita; non minus de profectibus eorum quam de suarum exercitatione virtutum.

122. Secundâ, requireo ad reverentiam, ut verba Missæ pronuncientur sine præcipitatione & festinatione tali, quia non reveremur, si tractaremus cum Imperatore de rebus summi momenti, ita ne cum rustico quidem, si vellemus ab eo aliquid nobis necessarium valde præstari. Gen. 4.

123. Tertiâ, pono hanc reverentiam in cœremoniis & gestibus Missæ, uti sunt genuflexiones & inclinationes capitis, & signi crucis supra oblatâ, manu dextrâ expressiones, denique totius corporis compositio, & motus membrorum tempore sacrificij: quia, ut benè thônet S. Cyprianus in expositione Orationis Dominicæ,

Placendum est Diuinis oculis, etiam in habitu corporis. Nunquam, inquit Seneca, l. 7. nat. 11. c. 36. nos verecundiores esse debere, quām cū de Diu agitur. Si intramus templa compositi, si ad sacrificium accessiri vultum submittimus, togam adducimus, in omne modestia genus singimur.

Quartâ, pono hanc reverentiam in tempore prædicto ad sacrificium; ne in eo ita breves sint, quemadmodum habet Regula 4. Sacerdotum, ut sensib[il]e non impluant, quia si non impluant, Primo, non possunt aptè & integrè pronunciari multa verba Missæ. Secundâ, non possunt cœremonia reverenter compleri, sed erunt tanquam gesticulationes quædam. Tertiâ, nec attitudo & deuotio potest esse ac intellectus verborum prolatorum à celebrante talis, qualis esse debet in re tanti momenti,

124. Per Denotionem vero in sacrificio adhibendâ, non intelligo deuotionem, prout describitur à Theologis & S. Thoma 2.2. q. 82. a.1. & significat, actum voluntatis à virtute Religiosis elicatum, per quem quis prompte se tradit ad ea, reficit ea, qua ad Dei cultum & servitum attinet: sed intelligo deuotionem, prout à Theologis mysticis sumitur, & à S. P. Ignatio in Reg. 21. Sum, in qua iubentur nostri, ut omnes suum tempus rebus spiritualibus impendant, & deuotioni querenda pro mensurâ gratie ipsius communicata inserviant, et pro affectui & sensu in expediendis rebus ad Deum coendum institutis, uti sunt oratio, communio & similia, quæ adhiberi non possunt sine mentis attentione omnino necessaria ad quamvis orationem, ut docet S. Thom. 2.2. q. 83. a.13.

Nam, ut benè ait S. Cyprianus serm. de cœna Domini. Sicut in persona Christi humanitas videbatur, & latib[us] diuinitas, ita sacramento visibili, ineffabiliter diuina se insundit essentia, ut effet Religioni circa sacramenta deuotio. Nostra enim & ipsius communio affectus conficiat, & confederat voluntates. Quocirca Concilium Tridentinum sess. 22. c. de obfernandis & eundis in celebratione Missæ, ait: Quanta cura adhibenda sit, ut sacrosanctæ Missæ sacrificium omni religiosis cultu ac veneratione celebretur, quia quis facile existimare poterit, qui cogitaverit, maledictum in sacris literis eum vocari (Hier. 4.8.10.) qui facit opus Dei negligenter. Quod si necessario faciem, nullum aliud opus ad eundem ac diuinum à Christi fidelibus tractari posse, quam hoc ipsum tremendum mysterium, quo vivifica illa hostia, quâ Deo Patri reconciliati sumus, in altari per sacerdotes quotidianè immolatur, sat is etiam apparet, omnem operam & diligentiam in eo ponendum esse, ut quanta maximâ serie potest interiori cordis munditia & puritate, atque exteriori deuotione, ac pietas specie peragatur.

Dico ergo, adhibendam esse à nobis reverentiam & deuotionem, modis commemoratis, in dicendâ Missâ, propter hæc motiva, quæ sunt magni momenti, si benè penetrentur: quod ut fiat, conabor iuuare, Quoniam vero, ut S. Augustinus

126. finus scribit l.4. de Trinit. c.14. *Quatuor confi-
derantur in omni sacrificio: Cui offeratur: Quid offer-
atur: Pro quibus offeratur: Hæc 4. & alia quædam,
ponderabo, apta, ad excitandam in nobis re-
verentiam & devotionem in hoc S. Sacrifi-
cio.*

CAPUT. PRIMUM.

*Primum incitamentum est Excellentia Sa-
cificij, qua ex variis capitibus agnosciri
potest.*

127. *Primum, ex re qua offeratur SS. Trinitati in hoc
sacrificio. Offeratur enim in ea Christi huma-
nitatis tota, hoc est, Corpus & Sanguis & Ani-
ma Christi, qui ut dicitur Eph. 5. Tradidit sacerdoti
suum hostiam & oblationem in odorem suavitatis.*

128. *Christus inquit S. Chrysostomus, & sacrificium
& sacerdos erat: sacrificium secundum carnem, sacer-
dos secundum spiritum. Idem immolauit & immo-
latur. Ece se ipsum offert. Oblatus est, inquit Paulus,*

ad multorum exhaudienda peccata. Et S. Augustini-

*nus in titulum Psalmi 26. ante enarrationem
secundam: Christus solum sacerdos talis existit, ut ipse
etiam esset sacrificium: Obulit Deo non aliud quam*

*sipsum. Quam hostiam credimus fide diuinâ
elegit personâ Verbi, & per Verbi sub-
stantiam, non per humananam, subsistere, &, ut ita
dicam, sustentari per eandem substantiam, per*

*quam ipsa persona Verbi subsistit, quo modo
nulla humanitas alia, ne quidem B. Virginis, et
ian tunc dum Christum conceptum gereret in*

*vero, subsistebat. Quamvis enim res oblatâ in
hoc sacrificio tria intrinsecè contineat, scilicet,
substantiam panis & vini ante consecrationem, &
species seu accidentia eorum (alias non esset
sacrificium secundum Ordinem Melchisedech,
qui panem & vinum obtulit) post consecratio-
nem; & Corpus ac Sanguinem Christi, seu,*

*Christum ipsum, ut docet Tanner disp. 5. q. 9. dub.
1. n. 28. cum Bellarm. lib. 1. c. 27. & Suarez disp.*

*79. lcc. 1. & probatur ex verbis Missæ & PP.
quos citat: unde B. Laurentius Iustinianus (quem
non citat) ser. de Corp. Christi, ait, Christum in
altari immolari; tamen certum est, inter hæc tria,
præstantissimam partem esse Corpus & San-
guinem Christi. Quâ in re duplici ex capite est*

*excellens hoc sacrificium: Primò, ratione ipsius
Humanitatis Christi, per se & solitariè sumptuosa,
præscindendo eam mente, à personâ Verbi cui
voita est. Secundò, ratione Verbi, cui intrinsecè*

*per rationem hypostaticam & quidem non sim-
plicem, sed triplicem est unita; nam Christi ani-
ma habuit partialem rationem hypostaticam
cum Verbo, nunquam dissolutam: Et Corpus
Christi habuit rationem hypostaticam cū Ver-
bo partialem, nunquam dissolutam; prætereatæ sunt*

alia ratione hypostatica in Christi Humanitate,

Lancij Opus. Tom. 2.

que has duas rationes inter se coniungebat, &
cum Verbo Diuino hypostaticè coniungebat
rationem naturalem animæ Christi cum cor-
pore: Et hæc tertia ratio hypostatica una cum
ratione naturali, non fuit in Humanitate Christi
in triduo mortis, ita P. Arrubal. in 3. part. &
alij quidam Theologi.

Quod ad ipsam Humanitatem attinet, est summus 135.

*Excellentia hoc sacrificium, quia post Deum, ut
Deus est, trinus in personis, unus in essentiâ, nil
in thesauris suis Deus habet æquum excellens, ut*

*Christi Humanitatem, consideratam etiam sine
unione cum Verbo. Ideo merito dixit B. Virgo
S. Brigitta l. 3. revel. c. 13. Humanitas Christi fuit in*

*mea carpare, & suscepit de me carnem & sanguinem:
ideo ipsa est res pretiosissima, qua rursum fuit & est:*

*vnde Christi Humanitas non tantum à sanctis,
non tantum ab Angelis, sed etiam à B. Virgine,
qua est Angelis præstantior, quoad gratiam, esti-*

*inferior quoad naturam, & in terris adorabatur,
& in celis adoratur, summo post Deum, ut*

*Deus est, cultu. Ideo id ponderauit Apostolus
Heb. 1. 6. Cum iterum introducit primogenitum in*

orbem terræ dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.

*Quamvis enim hæc adorationes Christi Hu-
manitatis à B. Virgine & à sanctis Angelis ei de-
ferrentur tanquam Verbo diuino unitæ, temen-
tiam non cogitando de hac ratione cum Ver-
bo, ipsa Humanitas Christi secundum se, quoad*

*alia, merebatur adorationem maiorem quam
alii personæ creatæ, nimil hyperduliam ex-
cellentem, maiorem quam B. Virgini debeat, et
sex ob causas: Primò, ob habitus omnes gratias &*

*virtutum Christi conuenientes, infusos ei à
Deo, tanquam capiti generis humani in gradu
excellentissimo, in quo nulla pura creatura eos*

*habuit. Secundò, quia erat concepta sine opera
viri, solius Spiritus sancti operâ. Tertiò, quia eius*

*Corpusculum contra morem aliorum fuit in
instanti plenè totum formatum diuinâ virtute.*

*Quartò, quia exiuit ex utero saluâ virginitate
Matris Mariae. Quintò, quia sine peccato vlo-
semper fuit. Sextò, quia anima eius ab instanti
conceptionis Deum perfectissime videre ceperit.*

*Deinde ipsa gratia rationis (ut quid creatum
est) cum Verbo, meretur imperfectam latratiæ,
ut contra Valisqueium disp. 96. c. 4. & seq. & l. 1.
de ador. disp. 4. c. 4. docet Suarez disp. 53. sect. 2.*

& 3. & Tanner disp. 1. de Incarn. q. 7. dub. 7. nu.

134. Accedit & hoc Motuum ad devoutissime

offerendum hoc SS. Missæ sacrificium, quia per-
fectiorem Christi Humanitatem nos nunc Deo
offerimus in Missâ, quam Christus ipse in ultri-
ma cena obulerit, septem ob causas:

135. Primò, quia nunc offerimus immortalem: nā,
ut ait Apostolus Rom. 6. 9. Christus non moritur,
mors illi ultra non dominabitur: Christus autem
obulit mortalem.

Secundò, non tantum immortalem, sed etiam